



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De fratre Dæmoniaco ab Abbate Andreæ sanato. Capvt CXVII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

*De Fratре Demoniacо ab Abbate Andrea
sanato.*

C A P V T C X V I I .

FRater quidam dæmonium habens accedens ad Abbatem Symeonem Stylicem in admirabilem montem, rogans, ut pro se oraret, & effugaret, ab eo dæmonem. Dixit ei Abbas Symeon. Vbi moraris? Qui ait: In Raythu. Ad quem senex; Miror, inquit, frater, cur tanto te labore fatigaueris, tantumque itineris peregeris, ut venires ad me peccatorem hominem, cum tales, & tantos patres habeas in monasterio tuo. Vade igitur ad Abbatem, Andream, & roga illum, ut oret pro te, & statim curabit te. Venit igitur frater in Raythu, & sicut sibi mandauerat beatus Symeon, prostravit se illi rogans, & dicens: Ora pro me, pater. Dixit ei Abbas Andreas: Accepit gratiam huius curationis Abbas Symeon. Cumque fecisset orationem, continuo mundatus est frater, & gratias reddidit Deo.

¶ Ecce quomodo Sancti in virtute Dei sanitates conferunt.

Vita Mene Diaconi monachi in Raythu.

C A P V T C X V I I .

NArrauit nobis Abbas Sergius in Raythu de fratre quodam illic diacono, Mena nomine, & ait: Cum exisset aliquando Mena ad ministeriū, ieuersus est ad seculū. Quid autem illi contigerit, nescimus, nisi quia reliquit monasticū habitū, & secularis effectus est. Post multū vero temporis profectus est Theopolim, & cum rediret Seleuciam, vidit monasteriū sancti Abbatis Symeonis